(Deo favente haud pluribus impar)

Universitatis Lavallensis
Rector

Omnibus ad quos praesentes Litterae pervenerint
Salutem.

Quum in Nostra Universitate ad studiosae juventutis incitamentum, necnon ut ejus labor et virtutes dignis afficiantur praemiis, quibus ad altiora semper petenda excitetur, statutum fuerit illos ad Baccalaureatus gradum promovendos esse qui, honestis moribus ornati, iis disciplinis sese dederint quae in Gymnasiis vulgo traduntur;

Quum per constitutionem apostolicam Jamdudum, a SSmo. Domino nostro Leone divina Providentia Papa XIII datam Romae apud Sanctum Petrum die secunda Februarii A. D. MDCCCLXXX IX indultum benigne concessum fuerit religiosis sodalibus e Societate Jesu regentibus Collegium Marianopolitanum a S. Maria appellatum, quo ~~ipsi~~ examine instituto alumnorum suorum experimentum capiant, iisque quos probarint scriptum testimonium praebeant, quo digni declarentur iis honoris gradibus qui juvenibus pari peritia praeditis conferuntur ab Universitate Lavallensi in Collegiis eidem aggregatis, ita ut iisdem diploma tradatur, quo ejusdem Universitatis alumni honestantur;

(126)

Quum autem videre sit testimonio Rectoris supradicti Collegii juvenem moribus praecellentem

Norbertum Smith

feliciter experimenta quae in Collegiis Societatis Jesu—

exiguntur adivisse: notum sit omnibus per has praesentes litteras eum ad

Baccalaureatum in Artibus

admissum esse cum omnibus juribus, privilegiis, et honoribus ad hunc gradum pertinentibus.

In cujus rei testimonium praesentes litteras sigillo Nostrae Universitatis et Secretarii chirographo munitas subscripsimus, Quebeci, die octava Junii, anno reparatae salutis MCMIII.

(signé) Ph. J. Fillion ptre.
Secr. U. L.

O. E. Mathieu ptre
R. U. L.

